

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula I. Divisum & omnia membra divisionis simul sumta, debet inter se
adaequari

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Regularum Philosophiarum

DISPUTATIO XV.

continens

REGULAS VII.

pertinentes ad doctrinam.

DIVISIONIS sive DISTRI-

BUTIONIS.

REGULA I.

*Divisum & omnia membra divisionis si-
mul sumta, debent inter se ade-**quari.*

I.

Duobus modis accidit, divisū & membra divisionis simul sumta non adaequare: I. Quando aliquid in divisione continetur, quod in membris dividentibus non continetur: ut si dicas, animalium aliud habet alas continuas, aliud scissas, datur enim animal quod nec continuas habet, nec scissas, quia scil. nullas habet, ut bos. In idem vitium incidet, si corporis humani partes dicas esse tres, ventrem supremum nimirum, medium & infimum. Nam in corpore humano continetur etiam artus, qui inter membra huj' divisionis non recensetur II. Quando in membra

membris dividentibus continetur aliquid, quod non continetur in divisō: ut, si *animal* dividatur in *hominem*, *brutum* & *plantam*; planta enim sub *animali* non continetur. Vnde igitur Regula, omnia quae in vel sub divisō continentur, debent etiam contineri in vel sub membris dividentibus, & vice versa.

II. Obstare videretur, quod Physica dividitur in partem communē & propriam, quae tamen duo membra simul sumta non aequaliter quantur Physica, sed extra eam patent, cum etiam Logica soleat dividī in partem communem & propriam. Item hujus divisionis, alborum quædam sunt dura, quædam molles, quædam liquefiantia; membra simul sumta latius patent quam album, quia etiam atrorum quædam dura sunt, ut ferrum, quædam molles, ut pix, quædam liquefiantia, aut atramentum.

III. Resp. Cum Fonsecā Lib. IV. Inst. c. X. in divisionibus hujusmodi ipsum divitū in singulis membris debere exprimi, aut certe subintelligi. Unde cum Physica dividitur in partem communem & propriam, membra dividentia non sunt simpliciter pars communis & propria, sed pars Physicæ communis, & pars Physicæ propria. Hoc modo membra ista Logicæ non competunt, quia Logica dividī nequit in partem Physicæ communem, & partem Physicæ propriam. Eadem ratio est etiam posterioris divisionis: nam molles, durū

Aaa

&

& liquens convenientiunt quidem atris, sed si ipsum divisum subintelligatur, ita ut membra sint, album durum, album molle, & album liquens, jam atro non convenientiunt, nec extra album patent.

IV. Dici etiam potest, partem communem & propriam, quæ *Physicæ* tribuuntur, cum *Logicæ* etiam applicantur, non esse eadem membra, quia æquivocè hisce diversis disciplinis tribuuntur, ut patet ex earum definitionibus. Nam si *Physicam*, dividas in partem communem & propriam, pars communis dicitur, in qua agitur de corpore naturali in genere, pars propria autem, in quâ agitur de speciebus corporis naturalis. Hæ definitio-nes non competitunt parti communii & propriæ, quando hæc vocabula *Logicæ* dividendæ accommodantur. Sicigitur nego, cum *Physica* in partē communem & propriam dividitur, membra hu-jus divisionis *Logicæ* competere: quæ enim æqui-voca sunt, pro iisdem non habentur.

REGULA II.

Divisum plus debet continere, quam singu-la membra divisionis.

Vel:

Singula membra divisionis minus contine-ant, quam divisum.

I. Ita cum animal dividitur in hominem & brutum, plus continet animal, quam homo, quia præter hominem continet etiam brutum; plus etiam

fiam co
contin
in corp
homo,
net & ar
quia pr
III.
jus bon
tione ip
le; prior
homo, c
nem &
Reg. seq

Membr

I. Ita
Naturæ
animal
non po
utibi ha
mul alb
reprehend
eriam,
instrum
sed sub

II. I